

QVÆSTIO XII.

Quare villicus tam impudenter tot furta audet committere?

72. Cæcitas debitorum.

MAGNA est huius villici cæcitas, & impudentia; magna etiam debitorum villi cæcitas, & impudentia. Nam cum villicus fraudulenta cautione, ac scriptura, magnam debiti partem dimitteret; illi libenter acceptant, & acquiescunt. Cum obligationem non abscondant, sed durius illam commutent, & ne Domino femel persoluant, serui remanent tributarij, vt quotidianis villico datis muneribus plus consumant, quam si Domino integrè persoluisent. Ea est humana fragilitas, vt plura nullo modo debita in Dei obsequio præstare, vel tanta cupiditate ferantur homines in bona aliena, vt eligant sua consumere, vt aliena comparent. Vt dixit Saluan. lib. 1. ad Ecclesiast. Vt acquirant, que non sunt sua, prodigant que sunt sua.

Expendunt homines sua, vt aliena acquirant.

Saluan.

73.

Ad quæstionem. Magna est villici impudentia, quòd cum se considerasset in oculis Domini sui, ab ipso enim vocatus est, vt coram ipso præsentaretur, ac suæ villicationis redderet ratione; Dominique sui magnam retinebat memoriam. Dicebat enim debitoribus, quantum debes Domino meo? Et tamen in oculis Domini, ac cum eius viva memoria tot furta audet committere, vt ponderat D. Chrysol. ferm. 526. Nec in oculis Dominicis desinit, semel cepit qui furari. Tam inextinguibilis est auri sitis, & cupiditas, vt nihil declinet, ac vereatur, nec etiam Domini sui oculos caueat, sed ipso instante, ac præsentante manus ad furta extendat.

Chrysol.

Auri sitis inextinguibilis.

74.

Secundò. Nec in oculis Dominicis desinit, semel cepit qui furari. Furtis erat deditus villicus, dissipauerat enim substantiam Domini sui; qui autem hanc præuam furandi consuetudinem ebibit, ita furtis inescatur, & allicitur, vt nec in oculis Domini à furandi arte desistat, sed illam omni conatu exerceat.

Furtis deditus non desistit.

75.

Tertiò. Valde liberaliter de rebus Domini sui dat cautiones, condonat debitoribus debita; vnde illi tanta liberalitas, vt sic bona Domini sui dispndat, ac tam profusè largiatur. In bonis illis comparandis nullum villicus sustinuit laborem, ac sudorem, sed quæ à Domino suo multa fatigatione, ac ærumna acquisita, ipse delictis indulgens facile consumpserat; quæ enim vnus labor peperit, sæpe alterius prodigalitas deuorat.

76.

Instanter Hebræorum populus expostulat ab Aaron in deserto, vt illis faciat Deos, qui eos præcedant. Quibus ait Aaron: Tollite maures aureas de vxorum, filiorumq, & filiarum vestrarum auribus, & afferte ad me: fecitq, populus que iusserat. desereus maures ad Aaron, Exod. 32. num. 2. quod tam diligenter populus exequitur, vt dicat Olearter: Vix Aaron verba finierat, quando iam omnia iocalia, & pretiosa sua ad eum adducunt. Quæ omnia, vt ait Lyppomanus, liberalissimè afferebantur. Quomodo homines, qui sunt valde cupidi, & auari auri, & argenti, vt illud tenacissimè retineant in quandam insaniam, ac stultitiam, illud profundunt absque vlla mora? Aduertit facer Textus, quomodo filij Israel omnes Ægyptiorum

Exod. 32.

Olearter.

Lyppom.

diuitias obtinuerunt. Fecerunt filij Israel sicut præcepit Moyses: & petierunt ab Ægyptijs vasa argentea, & aurea, vestemq, plurimam. Dedit autem Dominus gratiam populo coram Ægyptijs, vt commodarent eis: & spoliauerunt Ægyptios, Exod. 12. num. 35. Tanta opulencia auri in Israel sine labore parata est, sine difficultate acquisita, & vna tantum leui petitione obtenta, inde facile illius profusio est exorta, vt sine vlla æstimatione in fatuam idoli insaniam sit erogata, vbi tota contemptibiliter deuoratur.

Exod. 12.

Aurum sine sudore paratum, sine æstimatione deuoratur.

77.

Sap. 16.

Num. 21.

Num. 11.

Manna sine labore habitum, in nascentem ac contemptum venit Nazianz.

Educto populo de Ægypto dat ei Deus per desertum panem de celo, ac Angelorum escam omni dulcedine, ac suauitate exuberantem, & se habentem, de qua Salomon ait: Angelorum esca nutriti sunt populum tuum, & paratum panem de celo præstitisti illis sine labore omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem. Sap. 16. num. 20. Et tamen cum talis, ac tanta esset esca; in fastidium, ac vilipendium versa est in populo, ita vt diceret: Anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo, Numer. 21. num. 5. Nihil aliud respiciunt oculi nostri nisi Man, Numer. 11. num. 6. Vnde tantum tædium, ac vilipendium. Paratum panem de celo præstitisti illis sine labore. Cum pretiosissima esca esset sine vilo labore accepta, sine vlla æstimatione habita à populo, labor enim impensus cibi delicias emollit, & quanto sudore res emittitur, tanta saporis dulcedo exhauritur, grata est esca sudore obtenta, vilis sine illo adepta. D. Gregorius Nazianzenus orat. 2. Falsi sumus, ait, vobis in satietatem, & nauseam, antequam gustum vllum nostri speciemq, præbuissemus. Adeo facile in contemptum venit quidquid facile superatur. Ex facilitate contemptus, ex difficultate verò multus valor prodit: Facile in contemptum venit, quidquid facile superatur. Vide cap. 27. quæst. 4. num. ...

Luc. 16. n. 8. Et laudauit Dominus villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset: quia filij huius sæculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt.

VERSIONES.

Syriacus. Et laudauit Dominus nofter præfectum domus iniquum, quod prudenter fecisset: filij enim sæculi eius prudentiores, &c.

Theophylact. Laudauit Dominus dispensatorem iniquum.

Arias. Laudauit Dominus villicum iniustitiæ, quia filij huius sæculi prudentiores super filios lucis in generationem suam.

Arabicus. Prudentiores filiis lucis in generatione eorum hac.

EXPO

EXPOSITIO V.



AVDAVIT Dominus villicum iniquitatis, seu dispensatorem iniquum, & iniustum. Quia prudenter fecisset. Non laudat Dominus, vt inquit Glossa, Euthym. Theophylact. Beda, D. Bonauent. dispensatoris furum, iniustitiam, ac iniquitatem, sed eius ingenium, astutiam, ac sagacitatem, qua suo commodo in futurum prospexit, sibi procurans amicos de bonis Domini sui; à quibus, cum esset amotus à suo officio, in ogestare imminente adiuuaretur, ac leuamen haberet. Quia filij huius sæculi: tales dicuntur mundi amatores, sua luera, ac commoda temporalia amantes, prudentiores, hoc est sagaciores, & astutiores filiis lucis sunt; filij lucis illi appellantur, qui in Dei luce, Dei fide, & charitate illuminati ambulant. In generatione sua, hoc est in genere suo, seu ad suum genus commodi, & boni temporalis; filij huius sæculi, seu mundani sagaciores sunt ad caduca, ac temporalia comparanda, quam filij lucis ad æterna, & salutis bona consequenda; vt enim mundani temporalia obtineant, mille modos, artes, & inuentiones fabricant; siue fraude, siue iure, vt ait D. August. lib. 11. de Gen. ad litter. cap. 2. Ad consulendum sibi met in posterum, quamuis fraude, non iure. Quantam autem sollicitudinem in hoc impendunt mundani, explicat Eusebius Emisen. in propria homil. Prudentiores, ait, sunt illi in malo, quam isti in bono. Vix enim inueniuntur aliqui sancti, qui tantam prudentiam habeant in acquirendis bonis æternis, quam tam calliditatem isti habent in acquirendis bonis temporalibus, & fugitiuis. Pro eis enim die, nocte, vigilat, laborant, angustiantur.

Glossa. Euthym. Theophyl. Beda. Bonauent.

August.

Euseb.

29. Tyrin. Luc. Burgen. Cornel.

Ratio huius est, vt notant Tyrinus, Lucas Burgenis, Cornelius, & alij. Quia in hominibus maximè viget sensus, ac cupiditas terrenarum rerum, ad illasque multa datur in nobis propensio, cum oculis, manibus, ac sensibus tangantur. Mens verò nostra, ac spiritus deprimitur, ac hebetatur à nostra natura corrupta, à corpore scilicet, cupiditate, ac sensu, spiritualia enim sunt recondita, & oculis non cernuntur, ex quo fit vt mundani impulsu cupiditatis, & sensus sequentes sagaciores, ac solertiores sint ad temporalia bona comparanda; quam spirituales viri ductum humanæ mentis, ac spiritum sequentes ad procuranda sibi spiritualia bona. Dixi ductum humanæ mentis sequentes; quia aliquando viri spirituales illustrati diuina gratia, ac diuino spiritu afflati omnem humanam sapientiam, ac sagacitatem transcendunt. Et ideo dicuntur, filij huius sæculi prudentiores filiis lucis in generatione sua, hoc est in genere suo, vt est communis interpretum vox. Non dicuntur simpliciter prudentiores, sed in certo ordine secundum suam generationem, seu genus prudentiæ, ac astutiæ humanæ.

QVÆSTIO XXIII.

Quare Dominus laudat villicum, cum iniquè, & iniuste egerit?

80. Ratio difficultatis.



Es valde mira est omnibus expositioribus, quod hic Dominus, qui Deus est laudet villicum iniquitatis, cum illius

opus esset præuam, & malitiosum, furtum nempe; furtum autem non est laude, sed vituperio, ac supplicio dignum apud Deum. Deinde quis vnquam Dominus suorum bonorum dissipatorem, ac raptorem laudibus extollat? Quomodo ergo Dominus huius villici est encomiastes?

Rectè responder Glossa: Non de fraudes, sed de prudentia, quamuis peccantem laudat. Nam licet villici opus esset culpabile, modus tamen prouidendi sibi ad necessitatis tempus potest in bonum documentum trahi. Nam vt ait D. Bonauent. sicut serpens in diffusione veneni est detestabilis, sed in prudentia custodiendi caput imitabilis à viris perfectis, pro quo dicitur. Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbe, Matth. 10. sic villicus iste detestandus est, quia fraudem commisit, ratione cuius villicus iniquitatis dicitur, & laudandus est, quia prudenter contra periculum sibi remedium adinuenit; hoc exemplum nobis obicit Dominus, non vt fraudem imitemur, sed vt illo artificio ad iustitiam vteremur, quò ille ad iniuriam vsus est. Ait D. Ambros. ferm. 11. in Psalm. 118. Assuetum bello virum externa fraud instruit, ad prudens nempe aliquid consilium ex illius imitatione capeffendum, vel denique ad vsurpandum in bonum, quod aduersarij in malum detorquebant.

81.

Glossa.

Bonauent.

Matth. 10.

Etiã est fraude ali- quid potest considerari bonum ad imitandum.

Ambros.

82.

August.

Secundò. D. Augustin. lib. 2. Quæst. Euangel. quæst. 34. Si laudari potuit, ait, ille à Domino, qui fraudem faciebat; quanto amplius placeat Domino meo, qui secundum eius præceptum illa opera faciunt; sicut etiam de iudice iniquitatis qui inerpellebatur à vidua comparationem duxit ad iudicem Deum, cui nulla ex parte index iniquus conferendus est. Tanquam argumentatur Dominus à minori ad maius. Si villicus, cum esset fraudulentus, & iniustus ob abstutitiam, ac prouidentiam laudibus condecoratur à Domino suo, multo etgo maioribus encomijs ab ipso laudabimur, si per iustam eleemosynam nulli damnum, sed multis commoda contulerimus.

Argumentum ad eleemosynam faciendam.

Tertiò. D. Chrysol. ferm. 125. de villico agens, ait: Qui reus de multis vnã legitur placuisse per fraudem. Ipsa villici fraus displicuit, placuit tamen ipsa sagacitas, ac astutia, quæ sub fraude latebat, sunt enim multi defectus prohibitis indices, & fertiles ingenium ad virtutis vigorem conducit, à quibus defectibus si homo expoliatur; valde magnus euadet, expendit D. Augustin. lib. 22. contra Faustum factum illud Moy- sis, percussum Ægyptum abscondit in sabulo, Exod. 12. num. 12. ibi delictum homicidij, & sub ipso magnam ad virtutis indolem recognoscit. Verum tamen, ait, anima virtutis capaces, ac fertiles pramittunt sæpe vitia, quibus hoc ipsum indicent, cui virtuti sunt potissimum accomodata; si fuerint, præceptis excultra.

83.

Chrysol. Fertile ingenium in peccatore datur etiam ad bonum.

August.

Exod. 12.

84.

Eccles. 4.

Ait sapiens Ecclesiast. 42. num. 14. Melior est iniquitas viri quam mulier benefaciens; Quæ sententia valde explicata est difficilis, & multas habet expositiones. Quomodo fieri potest, vt melior sit iniquitas viri, quam mulier bene faciens? Ipsa enim est quid pium, & laudabile. D. Gregor. lib. 11. Moral. cap. 29. Rabbanus hic, Glossa, & alij per virum intelligunt mentes fortes, sagaces, ac discretas; per mulierem vero infirmas, indifcretas, ac desides; veluti si dicatur. Ad virtutem aptius est secundum se, ingenium astutum, & discretum, quamuis aliàs vitio laborat, potius quam aliud deses, & indifcretum etiam bono incumbens;

Gregor. Rabban. Glossa.

